




le ne fay rien  
sans

**Gayeté**


*(Montaigne, Des livres)*


Ex Libris  
José Mindlin











MISSA

Na festividade

DO CORPO de DEUS

que

Ao S.<sup>r</sup> Capitão Mor

JOSEPH TIMÓTEO,

PEREIRA, de BASTOS

O. D. C.

CAETANO da SYLVA,


Conego na Cathedral

de

OLINDA.

1772.


100







INTROITUS



**C**ibavit eos  
ex adipe  
frumenti,  
alleluia: & de pe  
tra, melle fatura  
vit eos, alleluia, al  
leluia, alleluia.

**Pfalm.** Exultate



Deo adiutori nostro :  
iubilate Deo Jacob.

**V.** Gloria Patri.



**Q**uod dedit eis ex adipe frumenti, alleluia: & de petra, melle saturavit eos, alleluia, alleluia, alleluia.

**K**yrie eleison **K**yrie el.


**K**yrie eleison **C**hristeel.

**C**hriste eleison **C**hristeel.

**K**yrie eleison **K**yrie el.

**K**yrie eleison

*Handwritten notes:*  
Kyrie eleison  
3



**G**loria in excelsis Deo.



**E**T in terra pax ho-  
minibus bone vo-  
luntatis. **L**audamus te.  
**B**enedicimus te. **A**do-  
ramus te. **G**lorificamus  
te. **G**ratias agimus tibi  
propter magnam glo-  
riam tuam. **D**omine  
Deus Rex celestis, De-  
us Pater omnipotens.  
**D**omine Fili unigeni-  
te Jezu Chryste. **D**omi-

ne Deus Agnus Dei Fi-  
lius Patris. **Q**ui tollis pec-  
cata mundi miserere  
nobis. **Q**ui tollis pecca-  
ta mundi suscipe depre-  
cationem nostrā. **Q**ui  
sedes ad dexteram Pa-  
tris miserere nobis. **Q**uo-  
niam tu solus factus.

**T**u solus Dominus. **T**u  
solus altissimus Jesu Chri-  
ste. **C**um sancto Spiritu  
in gloria Dei Patris, A-  
men.

**D**ominus vobiscū.

**R.** Et cum spiritu tuo.

**O**remus.

**D**eus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tue memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis iugiter sentiamus. **E**t famulos tuos Papam nostrū Clementem, Antistitē

nostrum **N.** Regē no-  
strum Joseph, Reginā,  
& Principem cum o-  
mni prole Regia, po-  
pulo sibi commisso, &  
exercitu suo terra, ma-  
rique ab omni adver-  
sitate custodi: pacē, &  
salutem nostris conce-  
de temporibus, & ab Ec-  
clesia tua cunctā repel-  
le nequitiam: Paganor-  
um, & Hæreticorū su-  
perbiam dexteræ tuæ  
virtute prosterne. Qui

vivis & regnas cū De-  
o Patre in unitate Spi-  
ritus sancti Deus, per  
omnia sæcula sæculo-  
rum. **R.** Amen.

**L**ectio Epistolę beati  
Pauli Apostoli ad Corin-  
thios.

**F**ratres, Ego enim  
accepi à Domino  
quod & tradidi vobis,  
quoniam Dominus Je-  
sus in qua nocte tra-  
debatur, accepit panẽ,  
& gratias agens fregit,

& dixit: Accipite, & mā-  
ducate: hoc est corpus  
meum, quod pro vo-  
bis tradetur hoc facite  
in meam commemo-  
rationem. Similiter &  
calicem, postquam ce-  
navit, dicens: Hic calix  
novum testamentum  
est in meo sanguine.  
Hoc facite, quotiescum-  
que bibetis in meā cō-  
memorationem. Quo-  
tiescumque enim mā-  
ducabitis panem hunc,



& calicem bibetis: mor-  
tem Domini annunti-  
abitis donec veniat. I-  
taque quicumquemã-  
ducaverit panem hũc,  
vel biberit Domini=  
indigne: reus erit cor-  
poris & sanguinis Do-  
mini. Probet autem se-  
ipsum homo: & sic de  
pane illo edat & de ca-  
lice bibat. Qui enim  
manducat & bibit in-  
digne, iudiciũ sibi man-  
ducat & bibit: non de-

judicans corpus Dñi.

**Graduale.**



**O**Culi omnium in  
te sperant Domi-  
ne: & tu das illis escã  
in tempore opportu-  
no. **V.** **A**peris tu manũ  
tuam: & imples õne  
animal benedictione.

**Alleluia, alleluia.**

**V.** **C**aro mea vere est  
cibus, & sanguis meus  
vere est potus: qui mã-  
ducat meã carnẽ & bibit  
meum sanguinem, in

me manet, & ego in eo.

*Sequentia.*

**L**auda Sion Salvato-  
rem, lauda ducem &  
pastorem, in hymnis,  
& canticas.

**Q**uantum potes, tan-  
tum aude: quia maior  
omni laude, nec lau-  
dare sufficis.

**L**audis thema specia-  
lis, panis vivus & vita-  
lis hodie proponitur.

**Q**uem in sacræ mēsa  
coenæ, turbæ fratrum

duodenæ datum non  
ambigitur.

**S**it laus plena, sit sono-  
ra, sit iucunda, sit deco-  
ra mentis jubilatio.

**D**ies enim solemnis  
agitur, in qua mensæ  
prima recolitur hujus  
institutio.

**I**n hac mensa novi Re-  
gis, novum Pascha no-  
væ legis, phasæ vetus ter-  
minat.

**V**etustatem novitas,  
umbram fugat veritas,

noctem lux eliminat.

**Q**uod in coena Christi-  
tus gessit, faciendum  
hoc expressit in sui me-  
moriā.

**D**octi sacris institutis,  
panem, vinum in salu-  
tis consecramus hostiā.

**D**ogma datur Christi-  
anis, quod in carnem  
transit panis, & vinum  
in sanguinem.

**Q**uod non capis, quod  
non vides, animosa fir-  
mat fides, præter rerū

ordinem.

**S**ub diversis speciebus, signis tantum, & non rebus, latent res eximiæ.

**C**aro cibus, sanguis potus: manet tamen Christus totus sub utraq; specie.

**A** fumentate non concisus, non contractus, nõdivisus, integer accipitur.

**S**umit unus, sumunt mille: quãtum isti, tan-

tum ille: nec sumptus  
confumitur.

**S**umunt boni, fumunt  
mali: forte tamen in æ-  
quali, vitæ vel interitus.

**M**ors est malis, vita bo-  
nis: vide paris sumpti-  
onis, quam fit dispar e-  
xitus.

**F**racto demum sacra-  
mento, ne vacilles, sed  
memento, tantum esse  
sub fragmento, quan-  
tum toto tegitur.

**N**ulla rei fit scissura:

signi tantum fit fractu-  
ra: qua nec status, nec  
statura signati minui-  
tur.

**E**cce panis Angelo-  
rum, factus cibus via-  
torum: verè panis fili-  
orum, non mittendus  
canibus.

**I**n figuris præsignatur,  
cum Isaac immolatur:  
Agnus Paschæ deputa-  
tur: datur manna patri-  
bus.

**B**one pastor, panis ve-



re, Iesu nostri miserere:  
tu nos pascere, nos tue-  
re: tu nos bona fac vi-  
dere in terra viventium.

**T**u, qui cuncta scis &  
vales, qui nos pascis  
hic mortales: tuos tibi  
commensales, cohere-  
des & sodales fac san-  
ctorum civium, Amen.

Alleluia.

**M**unda cor meum, ac  
labia mea, omnipotens  
Deus, qui labia Isaiae  
Prophetæ calculomū-

daſti ignito: ita me tua  
grata miſeratione dig-  
nare mundare ut ſan-  
ctum Evangelium tu-  
um digne valeam nũ-  
tiare. Per Chriſtum Do-  
minum noſtrum, Amẽ.

**I**ube Domine benedi-  
cere.


**D**ominus ſit in corde  
meo, & in labiis meis:  
ut digne & competen-  
ter annuntiem Evãge-  
lium ſuum, Amen.

**D**ominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.  
Sequentia sancti Evā-  
gelii secundū Ioannē.

**I**N illo tempore:  
Dixit Iesus turbis  
Iudæorum: Caro mea,  
verè est cibus: & sāguis  
meus verè est potus.  
Qui manducat meam  
carnem, & bibit meū  
sanguinem, in me ma-  
net, & ego in illo. Sicut  
milit me vivens Pater,  
& ego vivo propter Pa-  
trem: & qui manducat

me, & ipse vivet propter  
me. Hic est panis,  
qui de coelo descendit.  
Non sicut manducave-  
runt patres vestri mā-  
na & mortui sunt. Qui  
manducat hunc panē,  
vivet in æternum.



**C**redo in unū Deum.

**P**atrem omnipo-  
tentem, factorem  
coeli & terræ, visibiliū  
omnium, & invisibiliū.

**E**t in unum Dominũ  
Jesum Christum, Fili-  
um Dei unigenitũ. **E**t  
ex Patre natum ante  
omnia sæcula. **D**eum  
de Deo, lumen de lu-  
mine, Deum verũ de  
Deo vero. **G**enitũ non  
factum consubstantia-  
lem Patri: per quem o-  
mnia facta sunt. Qui  
propter nos homines,  
& propter nostram sa-  
lutem descendit de cę-  
lis. **E**t incarnatus est de

Spiritu sancto ex Maria  
virgine: Et homo fa-  
ctus est. **C**rucifixus eti-  
am pro nobis: sub Pon-  
tio Pilato passus & se-  
pultus est. **E**t resurrexit  
tertia die secundum  
Scripturas. **E**t ascendit  
in celum: sedet ad dex-  
teram Patris. **E**t iterum  
venturus est cum glo-  
ria, iudicare vivos & mor-  
tuos: cuius regni non  
erit finis. **E**t in Spiritu  
sanctum Dominu &

vivificantem: qui ex Pa-  
tre Filioque procedit.

**Q**ui cum Patre & Fili-  
o simul adoratur & cō-  
glorificatur: qui locu-  
tus est per Prophetas.

**E**t unam sanctam Ca-  
tholicam & Apostoli-  
cam Ecclesiam. **C**onfi-  
teor unum baptisma  
in remissionem pecca-  
torum. **E**t expecto re-  
surrectionem mortuo-  
rum. **E**t vitam ventu-  
ri sæculi, Amen.

<sup>este</sup>  
Oremus .

**S**acerdotes Domini incensum & panes offerunt Deo: & ideo sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius alleluia.

*Dum offert Hostiã, dicit.*

**S**uscipe sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hostiã, quã ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo, & vero, pro-



innumerabilibus peccatis & offensionibus & negligētis meis, & pro omnibus circumstantibus, sed & pro ōnibus fidelibus Christianis vivis atque defunctis: ut mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam, Amen.

*Cum immittit aquam  
in Calicem, dicit.*

**D**eus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter con-

didisti & mirabilius re-  
formasti: da nobis per  
hujus aquæ & vini my-  
sterium, ejus divinitatis  
esse confortes, qui hu-  
manitatis nostræ fieri  
dignatus est particeps,  
Jesús Christus Filius tu-  
us Dominus noster Qui  
tecum vivit & regnat  
in unitate Spiritus fan-  
cti Deus, per omnia se-  
cula sæculorum, Amē

*Dum offert Calicē dicit.*

**O**fferimus tibi Do-  
mine Calicem sa-  
lutaris, tuam deprecā-  
tes clementiam: ut in  
conspectu divinæ ma-  
jestatis tuæ, pro nostra  
& totius mundi salu-  
te cum odore suavita-  
tis ascendat, Amen.

*Junctis manibus aliquā-  
tulum inclinatus, dicit.*

**I**n spiritu humili-  
tatis, & in animo  
contrito suscipiamur à


te Domine: & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi. Domine Deus.

*Elevatis ad celum oculis, & statim demissis, dicit.*



Eni sanctificator omnipotens æterne Deus: & bene<sup>\*</sup>dic hoc sacrificium tuo sancto nomini præparatum.

*Dum benedicit incensum, dicit.*

**P**er intercessionē  
beati Michaelis  
Archangelis stantis à  
dexteris alteris in eensi,  
& omnium electorum  
suorum, incensū istud  
dignetur Dominus be-  
ne  dicere, & in odo-  
rem suavitatis accipe-  
re. Per Christum Domi-  
num nostrum, Amē.

*Dū incensat oblata,  
dicit.*

**I**ncensum istud à  
te benedictum a-

ascendat ad te Domine,  
& descendat super nos  
misericordia tua.

*In censat Altare, dicens.*



**D**irigatur Domine  
oratio mea sicut  
incensum in conspectu  
tuo: elevatio manuum  
mearum sacrificium ves-  
pertinum. Pone Domi-  
ne custodiam ori meo  
& ostium circumstanti-  
æ labiis meis: ut non de-  
clinet cor meum in ver-  
ba malitiæ ad excusan-

das excufationes in pec-  
catis.

*Dum reddit thuribulū.*

*Diacono, dicit.*



Accendat in nobis  
Dominus ignem  
sui amoris, & flamam  
suæ charitatis, Amen.

*Dū lavat manus, dicit.*



Lavabo inter inno-  
centes manus me-  
as, & circumdabo alta-  
re tuum Domine.

Ut audiam vocem lau-  
dis, & enarrem univer-

sa mirabilia tua.

**D**omine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.

**N**e perdas cum impiis animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam.

**I**n quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

**E**go autem in innocentia mea ingressus sum:



redime me, & misere-  
re mei.

**P**es meus stetit indi-  
recto: in ecclesiis bene-  
dicam te Domine.

**G**loria Patri, & Filio, &  
Spiritu sancto.

**S**icut erat in principi-  
o, & nunc, & semper, &  
in sæcula sæculorum,  
Amen.

**Inclinatus in medio  
Altaris, dicit.**

**S**uscipe sancta Tri-  
nitas, hanc oblati-

onem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis & ascensionis Jesu Christi Domini nostri: & in honore beatæ Mariæ semper virginis, & beati Joannis Baptistæ, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & istorum, & omnium Sanctorum, ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: & illi pro nobis intercedere dignentur

in coelis, quorū memo-  
riam agimus in terris.  
Per Christum Dominū  
nostrum, Amen.

*Osculatur Altare, & ver-  
sus populum, dicit.*

*O*rate fratres: ut meum  
ac vestrum sacrificium  
acceptabile fiat apud  
Deum Patrem ōnipo-  
tentem. *Submissa voce*  
*respondit. R. Amē.*

*Secreta.*

**E**cclesiae tuæ, que-  
sumus Domine,

unitatis & pacis pro-  
pitius dona concede:  
quæ sub oblatis mu-  
neribus mystice defig-  
nantur. **E**t famulos tu-  
os Papam nostrũ Cle-  
mentem, Antistitẽ no-  
strum **N**, & Regẽ no-  
strum Joseph, Reginã  
& Principem cum o-  
mni prole Regia, po-  
pulo sibi commisso, &  
exercitu suo terra ma-  
rique ab omni adversi-  
tate custodi: pacem, &


salutem nostris cōce-  
de temporibus, & ab  
Ecclesia tua cunctam  
repelle nequitiam: Pa-  
ganorum, & Hæretico-  
rum superbiam dex-  
teræ tuæ virtute pro-  
sterne. Per Dominũ  
nostrum Jesum Chri-  
stum Filium tuũ: Qui  
tecum vivit & regnat  
in unitate Spiritus sã-  
cti Deus.

Præfatio.

**D**



Er omni-a sæ-




cula sæculorũ. **R.** Amē.




**V.** Dominus vobiscum.




**R.** Et cum spiritu tu-o.



**V.** Sur- fum corda.




**R**Habe-mus ad Do-



minum. **V.**Gratias a-




ga-mus Domino




De-o nostro. **R**Di-



gnum, & iustum est.




Ere dignum &



justum est, æquum



& salu-ta-re, nos tibi




semper, & ubique




gratias a-gere: Domi-






ne sancte, Pater ōni-



potens, æterne De-us.




Quiaper incarnati



Verbi myste-rium,




nova mentis nostræ




o-culis lux tuæ clari-



ta-tis infulsit: ut dū




visibiliter De-um co-




gnoscimus, per hunc




in invisibilium amo-




rem ra-pi-a-mur.



Et i-de-o cum An-




gelis & Archangelis,




cum Thronis & Do-




minati-o-nibus, cū-




que omni mi-li-ti-




a cœlestis ex-er-ci-



tus, hymnum glo-



ri-æ tu-æ ca-nimus,



fi-ne fi-ne di-cen-



tes.



Sanctus, Sanctus,  
Sanctus, Domi-  
nus Deus Sabaoh.

Pleni sunt coeli & ter -  
ra gloria tua, Hofanna  
in excelsis.

Benedictus, qui venit  
in nomine Domini,  
Hofanna in excelsis.





CANON  
MISSÆ

**T**E igitur  
clemen.  
tissime Pa  
ter, per Jesũ Chri  
stum Filium tuũ  
Dominũ nostrũ  
supplices roga  
mus ac petimus :

**Osculatur Altare.** uti  
accepta habeas, & be-  
nedicas, **Jungit ma-**  
**nus & signat ter sup. obl.**

Hæc ❖ dona, hæc ❖  
munera, hæc ❖ fan-  
cta sacrificia illibata.

**Extendit manus & pro-**  
**sequitur.** In primis

quæ tibi offerimus pro  
Ecclesia tua sancta Ca-  
tholica: quam pacifica-  
re, custodire, adunare,  
& regere digneris. to-  
to Orbe terrarum: una

3 in  
fente



cum famulo tuo Papa  
nostro Clemente, An-  
tistite nostro **N**, Rege  
nostro Joseph, & omni-  
bus Orthodoxis, atque  
Catholicæ, & Apostoli-  
cæ fidei cultoribus.

**Cōmemoratio pro vivis.**

**M**emento Domine fa-  
mulorum, famularum  
que tuarū. **Jūgit manus,**  
**orat aliquantulum.**

**E**t omnium circumstā-  
tium, quorum tibi fi-  
des cognita est, & nota

devotio: pro quibus ti-  
bi offerimus: vel qui ti-  
bi offerunt hoc sacrifi-  
cium laudis pro se, fu-  
isque omnibus: pro re-  
demptione animarū  
suarum, pro spe salutis  
& incolumitatis sue: ti-  
bique reddunt vota fu-  
a æterno Deo vivo &  
vero.

*Infra actionem.*



Comunicātes, &  
memoriam vene-  
rantes in primis glori-

ofæ virginis Mariæ ge-  
nitricis Dei & Domi-  
ni nostri Jefu Christi: fed  
& beatorum Apoftolo-  
rum; ac Martyrũ tuorũ,  
Petri & Pauli, Andreae,  
Jacobi, Joannis, Tho-  
me, Jacobi, Philippi, Bar-  
tholamæi, Matthæi, Si-  
monis, & Thaddæi, Li-  
ni, Cleti, Clemenis, Xi-  
fti, Cornelii, Cypriani,  
Laurentii, Chryfogoni,  
Joannis & Pauli, Cof-  
mæ & Damiani, & õni-

um Sanctorum tuorum:  
quorum meritis precibusque concedas, ut in  
omnibus protectionis  
tuæ muniamur auxili-  
o. Per eundem Christum  
Dominum nostrum,  
Amen.

Tenens manus expan-  
sas super oblata, dicit.



Hanc igitur obla-  
tionem servitu-  
tis nostræ, sed & cuncte  
familiaæ tuæ, quaesumus  
Domine, ut pla-

catus accipias, diesque  
nostros in tua pace dis-  
ponas, atque ab æterna  
damnatione nos eri-  
pi, & in electorum tu-  
orum jubeas gregenu-  
merari. *Jungit manus.*  
Per Christum Dominũ  
nostrum Amen.

**Q**uam oblationem  
tu Deus in omni-  
bus, quæsumus, *Signat*  
*ter super oblata bene-*  
*dictam, adscri-*  
*ptam ra-* *tam rati-*

onabilem, acceptabilem  
que facere digneris :  
Signat semel super Ho-  
stiam, & semel super  
Calicem. ut nobis Cor-  
pus, & San-  
guis fiat  
dilectissimi filii tui Do-  
mini nostri Jesu Christi.

**Q**ui pridie quam  
pateretur, **Accipit**  
**Hostiam.** accepit pa-  
nem in sanctas ac ve-  
nerabiles manus suas:  
**Elevat oculos ad celum.**  
& elevatis oculis in ce-


lum ad te Deum Patrē  
suum omnipotentem,  
tibi gratias agens, *Si-*  
*gnat super Hostiã.* be-  
ne✠ dixit, fregit, de-  
ditque discipulis suis  
dicens: Accipite & mã-  
ducate ex hoc omnes.

HOC EST ENIM

CORPUS MEUM.

*Tunc detecto Calice,*  
*dicit.*

**S**imili modo post-  
quam coenatum  
est, *Ambabus mani-*

bus accipit Calicē. acci-  
piens & hunc præcla-  
rum Calicem in fan-  
ctas ac venerabiles  
manus suas: item ti-  
bi gratias agens, *Sini-*  
*stram manu tenens Cali-*  
*cē dextera signat eum.*  
be  nedixit, deditque  
discipulis suis dicens:  
Accipite, & bibite ex  
eo omnes.






HIC EST ENIM  
CALIX SANGUINIS MEI,  
NOVI ET ÆTERNI  
TESTAMENTI:  
MYSTERIUM FIDEI:  
QUI PRO VOBIS  
ET PRO MULTIS  
EFFUNDETUR  
IN REMISSIONEM  
PECCATORUM.



*Genuflectit, & surgit.*

*H*æc quotiescumque  
feceritis, in mei memo-  
riam facietis.



<sup>p. 280</sup>  
<sup>U. 280</sup>  
Nde & memores,  
Domine, nos ser-  
vi tui, sed & plebs tua  
sanctae, ejusdem Christi  
Filii tui Domini no-  
stri tam beatæ passio-  
nis, necnon & ab infe-  
ris resurrectionis, sed  
& in celos gloriose ascē-  
sionis: offerimus præ-  
claræ majestati tuæ  
de tuis donis ac datis,  
Hostiam  puram,  
Hostiam  sanctam,  
Hostiam  imma-

culatam, *Sigat* semel  
super Hostiam, & semel  
super Calicem. Panem

 sanctum vitæ  
æternæ, & Calicẽ   
salutis perpetuæ.

*Extensis manibus pro-*  
*sequitur.*



Supra quæ propi-  
tio ac sereno vul-  
tu respicere digneris:  
& accepta habere, di-  
gnatus es munera pu-  
eri tui iusti Abel, & sa-  
crificium Patriarchæ

nostri Abrahe, & quod  
tibi obtulit summus sa-  
cerdos tuus Melchise-  
dech, sanctum sacrifici-  
um, immaculatam ho-  
stiam.

Profunde inclinatus  
iunctis manibus, dicit.

**S**upplices teroga-  
mus, omnipotēs  
Deus: jube hæc perfer-  
ri per manus facti An-  
geli tui in sublime al-  
tare tuum, in conspe-  
ctudivinae majestatis tu-

æ ut quotquot **Oscula-**  
**tur Altare.** ex hac alta-  
ris participatione sacro-  
sanctum Filii tui **Jun-**  
**git manus & signat se-**  
**mel super Hostiã semel**  
**super Calicẽ. Cor** ✠ **pus,**  
**& San** ✠ **guinem sũ-**  
**pferimus, seipsũ signat.**  
omni benedictione ce-  
lesti, & gratia replea-  
mur. Per eum dẽ Chri-  
stum Dominũ nostrũ,  
Amen.

Commemoratio  
pro defunctis.



Mememento etiã, Domine, famulorum famularumque tuarũ, **N. & N.** qui nos præcefferunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. **Orat aliquãtulum, & extensis manibus dicit.** Ipsis Domine & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis, & pacis, ut indulgeas depreca-

mur. *Jungit manus, &  
caput inclinat.* Per eum-  
dem Christum Domi-  
num nostrum, Amen.

*Manu dextera percutit  
sibi pectus.*

**N**obis quoque pec-  
catoribus famu-  
lis tuis, de multitudine  
miserationum tuarũ  
sperantibus, partem ali-  
quam & societate do-  
nare digneris, cum tu-  
is sanctis Apostolis &  
Martyribus: cum Joã-

ne, Stephano, Mathia,  
Barnaba Iugatio Ale-  
xandro, Marcellino, Pe-  
tro, Felicitate, Perpetua,  
Agatha Lucia Agnete  
Cæcilia, Anastacia, &  
omnibus Sanctis tuis:  
intra quorum nos cõ-  
fortium, non æstima-  
tor meriti, sed. veniæ,  
quæsumus largitor ad-  
mitte. *Jungit manus.*  
Per Christum Dominũ  
nostrum.



**D**er quem hæc o-  
mnia, Domine, se-

per bona creas Signat  
ter super Hostiam, &  
Calicem simul. sancti-

ficis, vivi. fi-  
cas, bene dicis, &

præstas nobis.

Genuflectit surgit & si-  
gat cum Hostia ter à  
labio ad labium Cali-

cis dicens Per ip-  
sum, & cum ip-  
& in ip-  
so, Bisignat

inter Calicem & pectus.

est tibi. Deo Patri ✠  
omnipotenti in unita-  
te Spiritus ✠ sancti  
Elevans parum Calicē  
cum Hostia dicit omnis  
honor & gloria.  
Genuflectit, surgit, & di-  
cit.




Er omni-a fæ-




cula fæculo-rum.




**R.** Amen. **O** Remus.



Præceptis salutaribus




moniti, & di-vina in-




stituti-one formati, au-




demus di-cere.




Dater noster, qui



es in coelis. Sancti-fi-



cetur nomen tu-um.




Adveni-at regnum tu-




um. Fi-at voluntas tu-




a, sicut in coelo, & in




terra. Panem nostrum




quotidianum da nobis




hodie. Et dimitte



nobis debita nostra,




ficut, & nos dimitti-




mus debitoribus no-



stris. Et ne nos indu-



cas in tentationem.



**R.** Sed libera nos à malo.

Accipit patenam inter  
indicē & mediū digitos.



Libera nos, queſu-  
mus Domine, ab  
omnibus malis, præte-  
ritis, præſentibus, & fu-  
turis: & intercedente  
beata & glorioſa ſem-  
per virgine Dei geni-  
trice Maria; cum bea-  
tis Apoſtolis tuis Pe-  
tro & Paulo, atque An-  
drea, & omnibus San-  
ctis: *Signat ſecū patena.*  
da propitiuſ pacem in

diebus nostris : ut ope  
misericordiæ tuæ ad-  
juti, & à peccato simus  
semper liberi, & ab o-  
mni perturbatione se-  
curi. *Genuflectit, surgit,  
accipit Hostiam, frāgit  
eam super Calicē, dicens*  
Per eundem Domi-  
num nostrum Jesum  
Christum Filium tuū:  
*Frangit particulā dicēs.*  
Qui tecum vivit & re-  
gnat in unitate Spiri-  
tus sancti Deus






Er. omni-a sæcu-





la sæculorũ. R. Amen.

Signat cum particula ter  
super Calicem, dicens.



ax  Domini fit



 sæper vobis  cũ.

Immittit particulam  
in Calicem, dicens.



Æc commixtio  
& consecratio Cor-  
poris & Sanguinis Do-  
mini nostri Jesu Chri-  
sti, fiat accipiētibus no-  
bis in vitam æternam  
Amen.

*Genuflectit, surgit, & ter  
percutit pectus, dicens.*

*A*gnus Dei, qui tollis  
peccata mundi, mise-  
rere nobis.

*A*gnus Dei, qui tollis  
peccata mundi, mise-  
rere nobis.

**A**gnus Dei, qui tollis  
peccata mundi, dona  
nobis pacem.

**Inclinatus super Alta-  
re, dicit.**

**D**omine Jezu Chri-  
ste, qui dixisti A-  
postolis tuis: Pacem re-  
linquo vobis, pacẽ me-  
am do vobis: ne respi-  
cias peccata mea, sed  
fidem Ecclesiæ tuæ: eã-  
que secundum volun-  
tatem tuam pacificare  
& coadunare digneris.

Qui vivis & regnas De-  
us, per omnia sæcula se-  
culorum, Amen.

Osculatur Altare, & dat  
pacem, dicens.

Pax tecum.

Et cū spiritu tuo.

**D**omine Jesu Chri-  
ste, Fili Dei vivi, qui  
ex voluntate Patris, co-  
operante Spiritu sancto,  
per mortem tuam mū-  
dum vivificasti: libera  
me per hoc sacrosan-  
ctum Corpus & Sangui-

nem tuum ab omnibus  
iniquitatibus meis, &  
universis malis: & fac  
me tuis semper inhe-  
rere mandatis, & a te  
numquam seperari per-  
mittas. Qui cum eodem  
Deo Patre & Spiritu  
sancto vivis & regnas  
Deus in secula secu-  
lorum, Amen.

**P**receptio Corporo-  
ris tui, Domine=  
Jesu Christe, quod ego in-  
dignus sumere præfu-

mo non mihi proveni-  
at in iudicium & con-  
demnationem: sed pro  
tua pietate profit mihi  
ad tutamentum men-  
tis & corporis & ad me-  
delam percipiendam.  
Qui vivis & regnas cū  
Deo Patre in unitate  
Spiritus sancti Deus,  
per omnia sæcula sæ-  
culorum, Amen.

*Genuflectit, surgit & dicit.*

**P** Anem cœlestem  
accipiam, & nomē

Domini invocabo.

*Ter percutit pectus, dicēs.*

**D**omine non sum  
dignus, ut intres  
sub tectum meum: sed  
tantum dic verbo, &  
sanabitur anima mea.

*Genuflectit, surgit, colli-  
git fragmenta, extergit  
eas super Calicē, dicens.*

**Q**uid retribuā Do-  
mino pro ōnibus  
que retribuit mihi? Ca-  
licem salutaris accipi-  
am, & nomen Domini

invocabo. Laudans in  
vocabo Dominum, &  
ab inimicis meis salvus  
ero.

Accipit Calicē, & cū eo  
se signans, dicit.

**S**anguis Domini  
nostri Jesu Chri-  
sti custodiat animā me-  
am in vitam æternam,  
Amen.

Se purificans, dicit.

**Q**uod ore sumpsi-  
mus Domine pu-  
ra mente capiamus, &



de munere tempora-  
li fiat nobis remediũ  
sempiternum.

*Abluit digitos, extergit,  
& sumit ablutionẽ, dicẽs.*

**C**Orpus tuum, Do-  
mine, quod sũpsi,  
& Sanguis quem pota-  
vi, adhæreat visceribus  
meis: & præsta, ut in me  
non remaneat scele-  
rum macula, quem pu-  
ra & sancta refecerunt  
sacramenta. Qui vivis  
& regnas in sæcula sæ-

culorum, Amen.

Communio.

**Q**uotiescumque =  
manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat: itaque quicumque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini, alleluia.

Dominus vobiscum.

R Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Postcommunio.



Ac. nos, que sumus  
Domine, divini-  
tatis tuæ sempiterna =  
fruitione repleti, quam  
pretiosi Corporis & Sã-  
guinis tui tẽporalis per-  
ceptio præfigurat. Et  
famulos tuos Papã no-  
strum Clementẽ, An-  
tistitem nostrum N, Re-  
gem nostrum Joseph,  
Reginam & Prìcipem  
cum omni prole Re-

gia populo sibi com-  
misso & exercito suo ter-  
ra marique ab omni ad-  
versitate custodi: pacẽ  
& salutem nostris con-  
cede temporibus & ab  
Ecclesia tua cunctã re-  
pelle nequitiam: Paga-  
norum & Hæreticorũ  
superbiam dexteræ tu-  
æ virtute prosterne.  
Qui vivis & regnas cū  
Deo Patre in unitate =  
Spiritus sancti Deus per  
omnia sæcula seculorũ.

**D**ominus vobiscum.

**R** Et cum spiritu tuo.

**I**te Missa est.

**R** Deo gratias.

**D**icto, Deo gratias, Sa-  
cerdos inclinatur ante  
medium Altaris, mani-  
bus junctis super illud.

**P**lacet tibi sancta  
Trinitas, obsequi-  
um servitutis meae, &  
præsta: ut sacrificium  
quod oculis tuæ maje-  
statis indignus obtuli, ti-  
bi sit acceptabile, mihi-

que & omnibus pro qui-  
bus illud obtuli, sit, te  
miserante propiciabi-  
le. Per Christum Domi-  
num nostrum, Amen.

*Osculatur Altare, elevatis  
oculis extēdēs, & jungēs  
manus, caput īclinat dic.*

Benedicat vos omni-  
potens Deus,

*Versus ad populum se-  
mel tantum benedi-  
cens, profequitur.*

*Pater, & Filius,  &  
Spiritus sanctus.*

Deinde stans in cornu  
Evangelii, dicit.

**D**ominus vobiscum.

**R** Et cum spiritu tuo.

**I**nitium sancti Evange-  
lii secundum Joannē.



**I**n principio erat  
Verbum, & Verbum  
erat apud Deum, &  
Deus erat Verbum. Hoc  
erat in principio apud  
Deum. Omnia per i-  
psum facta sunt, & si-  
ne ipso factum est ni-  
hil, quod factum est, in

ipſo vita erat, & vita e-  
rat lux hominum: &  
lux in tenebris lucet,  
& tenebræ eam non  
comprenderunt. Fu-  
it homo miſſus à Deo,  
cui nomen erat Joan-  
nes. Hic venit in testi-  
monium, ut testimoni-  
um perhiberet de lu-  
mine, ut omnes crede-  
rēt per illum. Nō erat il-  
le lux, ſed ut testimoni-  
um perhiberet de lu-  
mine. Erat lux vera, que





illuminat omnem ho-  
nem venientem in  
hunc mundum. In mū-  
do erat, & mundus per  
ipsum factus est, & mū-  
dus eum non cognovit.  
In propria venit, & sui  
eum non receperunt.  
Quotquot autem re-  
ceperunt eum, dedit  
eis potestatem filios Dei  
fieri, his, qui credunt in  
nomine ejus: qui nō  
ex sanguinibus, neque  
ex voluntate carnis, ne-

que ex voluntate viri,  
sed ex Deo nati sunt.  
**Hic genuflectitur.** Et  
Verbum caro factum  
est, & habitavit in nobis:  
& vidimus gloriã ejus,  
gloriam quasi unigeni-  
ti à Patre, plenum gra-  
tiæ, & veritatis.

**R.** Deo gratias.







048712

